# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

## Pena siue punitio h
cum fonte proximo

In presenti
quidem
uita delectationes temporales dulces sunt
et tribulationes amare.
Sed quis non bibat tribulationis poculum
metuens ignem infernalem, aut quis
non contempnat delectationem seculi
inhyans uite eterne?

Augustinus in quodam sermone.

In praesenti

uita et deliciae temporales dulces sunt,
et tribulationes temporales amarae sunt.
Sed quis non bibat tribulationis poculum,
metuens ignem gehennarum? Et quis
non contemnat dulcedinem saeculi,
inhians bonis aeternae uitae?

Prosper Aquitanus, *Liber sententiarum*, 227 (CCSL 68A, M. Gastaldo ed., p.310, ll.1-5).